

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

Godefroy, Denis

[Genevae], 1585

Widmungsbrief

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-85](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-85)



GENEROSIS ET MA  
GNIFICIS DD.VVOLFGANGO CHRI-

STOPHORO: ET VWILHELMO CHRI-

*stophoro, Marechalis hereditariis S. R. Imperij, Do-  
minis in Bappenheym, Dionysius Go-  
thofredus I C. S. P. D.*



V M meos in ius Romanum Commen-  
tarios ederem (Generosi ac nobilissimi  
Domini Bappenheimij) inter antiquos  
illos auctores, quorum testimoniis usus  
sum ad ea vocabula, quæ in iure obscu-  
ra essent, illustranda, Varro, Festus, Nonius & Isidorus  
inter postremos non leguntur. Cœpi ab eo tēpore con-  
siliū de illis omnibus in vnum quasi corpus redigen-  
dis, atque ita in publicum emittendis, cum aliis qui-  
busdam auctoribus, qui ad superiorum argumenta fa-  
cere, atque conducere videbantur. Etsi autem me non  
fugiebat illos auctores seorsim à multis editos, com-  
modius tamen edi coniunctos videbā, vt qui in vnum  
legendo incidisset, alios euoluendi occasionem: & in  
mutua illorum inter se collatione, iusti commentarij  
atque interpretis vicem, in ipsis manibus, præsentē ha-  
beret. Multi enim Varronem legunt, quibus Festi, No-  
nij atque Isidori nominapenitus sunt ignota: aut si no-  
ta sunt, vno illorum sæpe contenti, plenam linguæ La-  
tinæ originem, spretis aliis, assequi nō possunt: vt omit-  
tam in auctoribus illis, qui à Festo & Nonio præsertim  
laudantur, venerandæ vetustatis reliquias spectari, cū-



ius forma & imagine qui non capiuntur, vix est vt po-  
liti, nescio an homines, dici atque appellari debeant.  
Sed cum mutili atque laceri variis locis illi authores  
essent: visum fuit breues ad Varronem, Festum & No-  
nium notas adiungere: facta potissimum collatione  
earum vocum, quæ ad ius nostrum pertinerent (quod à  
quoquam alio antehac factum esse non videbam) vt  
nostræ professionis homines, eò magis ad antiquos il-  
los auctores euoluendos excitarem. Et audenter di-  
cam, ad multa in illis authoribus restituenda collatio-  
nem nostri iuris summopere, & quasi necessariam re-  
quiri: quæ si defuisset, de multorum locorum restitu-  
tione quasi desperassem. Hæc autem cum à me ita ab-  
soluta (vel cum aliquo successu) viderem, subiit illico  
animum meum, generosa illa indoles atque comitas,  
quæ inter cæteras & maximas virtutes in illa nobili ac  
vestra adolescètia elucet, cui hoc animi mei obsequen-  
tis indicium atque munus debere me statim intellexi.  
Idque eò magis quòd amplissimæ vestræ familiæ stem-  
matis, & in imperio Romano ob illustrem & heredita-  
riam Mareschaliæ dignitatem satis supérque cognita,  
præter omnium virtutum studia, iuris etiam ciuilis ac  
Romani (quæ mea professio est) cognitionem adiungi-  
tis: ductu atque auspicio doctissimi viri Friderici  
VVeckmani præceptoris vestri: vt patriæ aliquando,  
non minus virtute, quàm sapientia ciuili, ornamento  
atque auxilio esse possitis. Vel id quoque me ad hoc  
munus vobis offerendum incitabat, quòd illi authores  
ex se digni qui vestræ generositatis manibus tererètur,  
cum ab his tanquam à capite & fontibus, docti qui-  
que, linguæ Latinæ originem petere atque haurire so-  
leant: præter alia infinita, quæ ad historiam & ad reli-  
gionem aut potius superstitionem veterum, intelligen-  
da pertinent. Cuius rei maiorem etiam spem mihi fa-  
ciebam,



ciebam, ex illa discendi (quæ in vobis est) cupiditate, atque constantia incredibili, quam & ætatis vestræ in omne virtutum genus succrescentis indoles, & quotidiana moderatoris vestri fides atque diligentia, auctio rem atque cumulatiorem reddit. Atque vtinam hæc mea oratio sponte alioqui vos iam ad honoris metam currentes, comitari atque subsequi possit: idque, quod à me vobis munus offertur, gratum atque acceptum esse possit. Interea tamen vt ad hoc meum opus reuertar, ea conditione atque lege id à me sic inceptum ac perfectum, vt laudi atque diligentia eorum qui me tempore, in hoc interpretandi genere, antecesserunt, nihil detractum, aut velim aut putem. Nam vt illis sua, ita & mihi in quibusdam mutandis sententia peculiaris esse potuit, libera tamen & aperta, discendi ac iuandi perpetuò cupida, sine conuicio, sine contumelia, & quod mihi solenne, breuis, citra affectationem vllam, vitatis prologis, qui nihil ad rem conferunt. viderint ista diligentiores, mihi certè neque tēpus, neque animus fuit rebus otiosis lectorem fallere. mihi contrà curæ ac studio fuit nudam & simplicem lectionis varietatem ostendere, authores authoribus breuiter cōferre. Neque dubito quin tam grato à vobis animo hoc meum munus à vobis suscipiatur, quàm à me, Generosissimi Domini, sinceriter & in arram perpetui erga vos obsequij, offertur. ex Musæo xv. Augusti 1585.

¶ iij





quodam, ex illa dicitur (quod in vobis est) quod  
adque constantia incedit, quia & gratia vobis in  
omne virtutum genus succedentis in vobis, & quod  
diana moderatoris vestri fides atque diuina iustitia  
tam atque cumulatior erit. Adque vultum hunc  
tunc oratio sponte alioqui vos iam ad honorem in  
curantes, constantia atque subleui possit, quod  
a me vobis minus offerat, gratia atque deprecari  
esse possit. Interca tamen ut ad hoc meum opus  
tamen conditione atque lege id a me sic facere  
perfectum, ut laudi atque diligenter erit, quod  
potest in hoc interpretandi genere succedat, nihil  
detrahatur, aut vestri aut patrum, quia vultus  
nihil in dubitanda mutanda sententia peccata esse  
potest libera tamen & aperta dicens, ut in vobis per  
petuo cupida, sine conuicio, sine carumina, & quod  
michi solent, bene etiam illi, non enim vultus  
prologia, qui nihil ad rem constantia videntur, nihil  
genitorum, mibi certe neque regis, neque animus hinc  
rebus oratorum, lectorum fallere, nihil contra curae ac su-  
dio sunt nudata, & simpliciter, lectoris, vultum o-  
scendat, auctoritas auctoribus praesertim, sed  
dabitur quia tam grato a vobis animo hoc meum mu-  
nus a vobis suscipiant, quam a me, Generosissimi Do-  
mini, sinceriter & in animam peruenit erga vos opte-  
dum, offerat, ex Mureto xv. Augusti.

iii P

